

reduceret. Deinde ille apertissimus erat, ut ejus nomine litteræ mitteretur, de cujus sanctitate, ac veritate in futuris prænuñciandis, nullus ambigere poterat; ergo conveniens erat errantem turpiter Regem ab eo absenti corripi, ac reprehendi, qui facile non esset passurus alium, sed eum contemneret.

7. Matth. 17. Confirmatur hæc veritas, quia ex eo quod dicitur: *Ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes; & eodem cap. 11. Venturus est Elias, & restituet omnia.* Universus Patrum, & interpretum consensus tenet Eliam esse magnum zelatorem, qui in transfiguratione apparuit, & venturus est ad restituenda omnia; non ergo alium Eliam debemus fingere; nam sicut ille ex Dei ordinatione, ex paradiso terrestri, seu ex alio loco disposito à Deo, venit ad transfigurationem, sic & ex Dei ordinatione misit litteras.

8. Tertio probatur, quia eadem charitas secundum habitum, & actum quæ est in via manet in patria dicente Apostolo. 1. Cor. 13. *Charitas nunquam excidit.* Et late explicant omnes Theologi cum Magistro in 3. distinct. 31. D. Thoma 12. *quest. 67. art. 6.* & patet, quia sicut Jeremias, qui in vita erat fratrum, ac populi Israël amator, ut multum pro eis deprecaretur; ita etiam post mortem multum pro eis orabat. 2. Machab. 15. *num. 14.* Sic etiam in sancto parente Elia ille perfectissimus spiritus zelandi honorem Dei, ut delinquentes argueret & qui totum populum ad Dei cultum reducere intendebat, adhuc post ejus raptum in ipso perseverat. Quod autem post suum raptum mitteret epistolas, hoc non debet videri mirum, consideranti magnalia Eliæ, in ejus vita, quia omnium primus celum clausit; & primus mortuum suscitavit, & jejuniis quadraginta dierum usque ad montem Dei ambulavit, & per plures etiam ibi mansit jejunus, ut dicam opuscul. 3. *Resol. 1. quest. 2. num. 20.* & Magnus Elias multoties apparuit, suos protegens, ac defendens ut dicam opuscul. 3. *Resol. 2. quest. 1. num. 10. 11. & 12.* Quid ergo mirum quod etiam mitteret epistolas ad arguendum impiissimum Regem, pro defensione sui populi, ut eum reduceret ad verum Dei cultum.

9. Inquires tamen, esto, quod Elias Thesbites sit Auctor harum litterarum, quoniam tempore has litteras scripsit? Aliqui Auctores existimant antequam raperetur in cælum; pro hac sententia sunt Tremellius, Junius, Carthusianus, Mariana, & Tornielus citatus, affirmantes Eliam futurorum præscium, ante ejus raptum, illas scripsisse, easque reliquisse Elifæo, vel alteri, imposito decreto, ut tali, & tali tempore eas Ioram præsentaret.

10. Tamen verior, & communior sententia est, quod hæc epistolæ ab Eliâ missæ sunt ex illo loco, in quo post raptum repositus est à Deo, sive ministerio alicujus Angeli, sive alicujus hominis ignoti, non enim Elias est in illo loco tanquam in carcere clausus ut non possit inde exire, vel aliquo ministro utri, & pro hac sententia stant omnes Auctores citati pro nostra sententia *num. 5.*

11. Probatur, quia non solum hanc sententiam tenent tot gravissimi Auctores citati, sed etiam pro illa stant antiqui Hebræorum Rabini, id expresse tenet Auctor Seder Olam c. 17. & Aben Ezra ad cap. 4. Malachia, eandem sententiam probans sic ait. *Quia si scripta fuissent ante ascensionem ejus, scriberentur, & invente sunt, aut allata sunt ad eum litteræ, quas reliquerat Elias, nec est dubium, quin in diebus sanctorum nostrorum apparuerit. Deus autem per misericordiam suam accelerat prophetiam ejus.*

12. Probo aliter nostram resolutionem primo verba Textus: *Allata sunt epistolæ ab Elia* Qui modus loquendi indicat, quod tunc transmissæ sunt epistolæ; nam si relicta fuissent, hoc erat exprimendum, sicut & filii Jacob mortem patris dixerunt Joseph: *Pater tuus præcepit nobis, antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus, obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum.* Genes. 50. *num. 10.* Sic enim si illæ epistolæ fuissent relictae ab Elia dicendum erat, antequam Elias alportaretur in curru, has epistolas reliquit, ut tibi Regi Ioram darentur; cum ergo dicunt allatae sunt ab Elia Prophetâ, denotatur quod tunc sunt alportatae, ac ab eo missæ, & non alio tempore.

13. Deinde, quia litteræ istæ recentè ab Elia scriptæ, & ignoti ministri transmissæ, majorem poterant iniquo Regi terrorem incutere, eumque maxime ad meliorem frugem revocare, si mens sana, & non læva fuisset.

14. Ex dictis inferitur quod Elia de nobis curam agat.

15. Elia cognoscit nostras orationes, ac ea, quæ ad suum statum pertinent per divinam revelationem, ac ministerium Angelorum.

16. Probatur ex sanctis Patribus, ac ex officio Carmelitano, quod Elia orat pro suis devotis.

17. Quod confirmatur ex multis miraculis.

18. Incidens dubium.

19. Incidens dubium.

20. Incidens dubium.

21. Incidens dubium.

22. Incidens dubium.

23. Incidens dubium.

24. Incidens dubium.

25. Incidens dubium.

26. Incidens dubium.

QUESTIO II.

Elias maxime à nobis venerandus, invocandusque est.

SUMMARIUM.

- 14. Ex dictis inferitur quod Elia de nobis curam agat.
15. Elia cognoscit nostras orationes, ac ea, quæ ad suum statum pertinent per divinam revelationem, ac ministerium Angelorum.
16. Probatur ex sanctis Patribus, ac ex officio Carmelitano, quod Elia orat pro suis devotis.
17. Quod confirmatur ex multis miraculis.

EX dictis superiori questione patet, quantum Elias, sicut & ceteri sancti etiam post translationem suam, suorum curam habeat; si enim de his, quæ apud nos geruntur, ipse curam gerit, quis negabit nostras preces ad eum directas ejus intercessione interveniente, apud Deum multum prevalere ad impetranda divina beneficia, ex his enim litteris curam habere Eliam de rebus ad nos spectantibus inferunt Genebrardus lib. 1. *Chro. olag.* Malveda lib. 9. *de Anichristo* c. 2. Barradas tom. 1. in *Evangel. lib. 5. c. 11.* Sanch in 4. *Reg. 2. n. 25.*

Elias, & Henoch per divinam revelationem ac per ministerium Angelorum cognoscunt ea, quæ sunt in mundo, maxime illa quæ spectant ad suum statum, ut cum communi sententia Theologorum docent Suar. tom. 2. ad 3. p. Suar. *disp. 59.*

18. Veigas. Camartus. Abulens. *disp. 5. sect. 1.* Veigas in *Apocalyp. c. 11. sect. 4.* Agidius Camartus *de gestis Elia, c. 3. sect. 17.* Abulensis 4. c. 2. *quest. 14.* Sanchez *ibidem n. 33.* Maxime autem ad statum Eliæ pertinet, ut preces, ac Orationes, quibus ipsius intercessio, ac patrocinium apud eum postuletur, exaudiat. Quod optime probat Malveda citatus, quia ideo dicitur de eis Apoc. 11. *num. 4.* *Hi sunt duo olivæ, & duo candelabra in conspectu Domini terra stantes.* Altant in conspectu Domini tanquam duo candelabra lucentia, suis meritis, ac orationibus orantes pro felici statu Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, ac filiorum ejus.

19. Et quod ipse pro suis devotis, ac pro his, qui ejus auxilium implorant, roget, ac exoret Deum præter Auctores citatos ex Patribus docent D. Basilius *homil. 40.* dicens: *Fortassis aliquem pium advocabis, ut precibus, veluti Prophetæ Thesbites Elia remissionem tibi malorum impetret.* Divus Gregorius in *c. 9. Job c. 12.* hoc magnum profert de Elia encomium. *Qui furorem Dei placat aliis per remissionem.* Similiter Metaphrastes, Drogo Holliensis, & alii, quos erudite citat, ac sequitur Mag. Lezana, *consulio 3. n. 102. & 103. & segg.* quod optime confirmatur ex officio Carmelitano à Sancta Sede Apostolica approbato ex hymno laudum.

Nos nunquam auxilium destituat Pater, Opiatusque tuus perpetuo favor, Nobis quin parvis munera spiritus, Augeri prece postula.

20. Quod etiam potest confirmari ex Hymno ad secundas Vesperas & ex multis miraculis, quæ nostri Auctores referunt unum tantum apponam, quod paucis ab hinc annis contigit: nam cum anno 1656. tota Italia magna pestilentia premeretur, ab illa plures liberati, ac sanati fuerunt, uncti oleo ex lampade Sancti Pat. Eliæ, cujus rei publicum, & authenticum testimonium perhibuit, nuper insignis urbs Capuana in Regno Neapolitano sita, quæ ob tantum miraculum, ipsum elegit in patronum, ac protectorem, ut constat ex authentico instrumento per publicum Notarium facto die 24. Januarii 1657. quod ad longam refertur apud vincam Carmeli fol. 131. n. 156.

QUESTIO III.

Carmelita quolibet mense una die non impedita officio novem lectionum, possunt recitare officium de S. Elia.

SUMMARIUM.

- 28. Indultum Pauli V. pro Franciscanis.
29. Indultum Julii II. pro Dominicanis.
20. Carmelita gaudent eisdem privilegiis, ac si pro eis fuissent immediate concessa, & ideo quolibet mense possunt recitare officium de S. Elia.
22. Probatur etiam ex gravissimis Auctoribus.

28. Fundamentum totius huius questionis defluendum ex indulto Pauli V. concesso Fratribus Minoribus, ut in quolibet mense, una Sylveira Opuscula.

die non impedita festo novem lectionum, possunt recitare officium S. Francisci, ut in ejus die ad supplicationem eorum Fratrum, sic ait Paul. V. Paulus V. in sua Constitutione *Domini nostri Jesu Christi* data die 20. Martii 1617. apud Cherubin. Cherubin fol. 353. *Supplicationibus vestris super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Sacris Ritibus præpositorum consilio, eisdem Fratribus Minoribus Conventualibus, ut officium de eodem S. Francisco, semel in mense, prima die non impedita alio festo novem lectionum, prout ab ipsis recitatur in die festo ejusdem S. Francisci, recitare liberè, & licitè possint, & valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium licentiam, & facultatem perpetuo concedimus, & impartimur.*

19. Quod etiam corroboratur ex alio privilegio Julii II. concessum Patribus Dominicanis, cujus bullam refert Emmanuel Rodriguez tom. 1. *q. 55. art. 20* ubi inquit Pontifex. *Et quod de Prælati ad Prælatos dictum est, ita de festivitatis ad festivitates alterius Ordinis aliquid concessum, & nunc, & pro tempore respectivè concessum intelligatur, ita quod ea, quæ in honorem Sanctorum Dominici, Petri Martyris, Thoma de Aquino, Fratrum Minoribus præfatis, eorumque locis, & festivitatis Sanctorum Francisci, Antonii & Ludovici, ac de eisdem festivitatis dicti Ordinis Minorum, licet sint majori numero, quam festa ipsorum Fratrum Prædicatorum sint concessa.*

20. At nos Fratres Carmelita gaudent omnibus privilegiis concessis, & concedendis tam pro Fratribus Minoribus, quam Prædicatoribus, ac si immediatè essent concessa pro nostro Ordine, ut ait Sixtus IV. in *marimagno, n. 105.* Similiter Clemens VII. Gregorius XIII. & confirmatur ex Bulla Leonis X. concedentis hanc communicationem omnibus Mendicantibus. Bullam refert Lezana in *marimagno Prædicatorum, §. 52. n. 166. & tom. 3. verb. Mendicantes.*

21. Cum ergo ex Paulo V. Fratres Minores habeant indultum quolibet mense, die non impedita festo novem lectionum celebrandi, ac recitandi officium, de suo Patriarcha S. Francisci, nos ergo etiam Carmelita, cum gaudeamus omnibus privilegiis, favoribus, & gratiis concessis Minoribus; ac si nobis fuissent immediatè concessæ, ut inquit Summi Pontifices, quoad festivitates, ergo etiam quolibet mense, in prima die non impedita possumus recitare officium Patriarchæ nostri S. Eliæ.

22. Probatur etiam hæc sententia auctoritate gravissimorum Doctorum concedentium hanc communicationem, etiam in festorum celebratione. Rodriguez tom. 1. *quest. 55. art. 20.* Suarez *de legibus, lib. 2. cap. 17. num. 7.* Peirinus in *Comment. Regule Minorum, cap. 4. §. 13. quest. 1. & 2.* Portel, *part. 3. casuum casu 28. num. 3.* Castro Palaus tom. 1. *tract. 3. de privileg. disp. 4. punct. 2. §. 9. n. 5.* Hieron. Rodrig. *Resol. 65. n. 2.* Diana p. 11. *tract. Resol. 6.* & in propriis terminis hujus questionis Quintana Dueñas *tractatu 2. singlar. 14. num. 1.* Bordonius *Resolut. 3. quest. 2. num. 26.* Fr. Antonius ab Spiritu Sancto *de primatu Elia, §. 1. num. 2.* Et ex his fundamentis, in aliquibus nostris Provinciis ut in Belgica singulis mensibus prima die non

Tremellii. Junius. Carthusian. Mariana. Sa. Torniel.

10.

11.

12.

Genebrardus. Malveda. Sanchez. Barradas.

15.

16.

17.

Metaphrast. Holliens. Lezana. Breviar.

20.

Vinea Carmeli.

21.

28.

19. Rodrig.

20. Sixtus IV. Clem. VII. Greg. XIII. Leo X.

Lezana.

21.

22.

Rodrig. Suarez. Peirinus. Portel. Castr. Pal. Hieron. Diana.

Bordon. Fr. Anton.

Et non

non impedita officio novem lectionum, recitatur Officium sancti Eliae.

QUESTIO IV.

Circa revelationem factam Vener. Mariae de Jesu, qua vidit Sanctum Parentem Eliam, & Henoch S. Eucharistiam recipere e Christi manu.

SUMMARIUM.

- 23 Valde celebris Maria de Jesu.
24 Eius revelatio, qua vidit Sanctum Parentem, & Henoch e manu Christi Sacram Eucharistiam accipere, in Cenaculo.
25 Elias, & Henoch, etsi antiquitus fuissent legis veteris, hodie pertinent ad legem gratiae, in eaque sunt confirmati, & num. 26.
27 Eis aliquid Dei gratia concessum est per quod effectus Baptismi in eis suppletur, & num. 28.
29 Quo sunt miraculose, ac virtute divina, non sunt iudicanda per regulas communes, quod multis exemplis ostenditur.
30 Elias & Henoch cum magne potestate, ut Sacerdotes, & Episcopi veniunt in fine mundi.

23. Venerabilis Maria de Jesu, Ordinis Sancti Francisci, valde celebris est hac nostra aetate ob praclarissimas eius virtutes, multaque beneficia eius precibus a Deo obrenta ac etiam ob praclarissimas, ac sublimes revelationes a Deo acceptas, & etiam profunditatem, ac altitudinem ejus doctrinae, qua gravissimos Theologos in admirationem rapit.

24. Inter ceteras ejus revelationes refertur quod viderit cum Christo Dominus in Cenaculo instituisse Sacram Eucharistiam, aderant Sanctus Parens Elias & Henoch, qui e manu Christi Sacram Eucharistiam susceperunt, de qua revelatione mentionem facit R. P. Doctor Josephus Andræas e Sacra Societate Jesu in suo Collegio Caesar-Augustae, Sacrae Theologiae Primarius Lector in suo libro cujus Titulus est Decor Carmeli, pag. 431. num. 323. cap. 69. Cum autem liber vitae ipsius Mariae de Jesu esset typis dandus, maxime dubitatum, ac controversum fuit circa praedictam revelationem, quia Elias & Henoch non erant baptizati, ac proinde non erant capaces ad Sacram Eucharistiam suscipiendam; cum Baptismus sit janua omnium Sacramentorum, inde a Reverendissimo Patre Vicario Generali Mag. Fr. Josepho Ximenes Samaniego postularum fuit a me consultum, ego tanto Praesuli obediens, hoc consultum obtuli, & liber typis est datus.

Suppono primò, ut certum cum Suarez tom. 2. ad 3. p. disp. 55. sect. 5. s. Tertio collegio. Quod quavis Elias, ac Henoch antiquitus pertinerent ad legem veterem, hodie per Incarnatum Verbum Divinum, ad legem gratiae spectant: nam ut docet D. Thomas 1.2. q. 108. art. 1. & cum eo omnes Theologi, in hoc

D. Josef. Andræas.

25. Suar.

D. Thom.

distinguitur lex vetus a lege nova, quia lex vetus respiciebat Christum in umbra, ac ut futuram: lex verò gratiae respicit Christum ut praesentem, ac ut realiter jam existentem. Et cum Elias, & Henoch juxta communem sententiam, non sint modo beati Deum videntes, sed adhuc sunt in hoc saeculo in loco a Deo deputato, inde vera fide Christum cognoscunt ut praesentem, ac ut Salvatorem, & Redemptorem, mundi aliàs non esset in illis fides, sed error; nam fides non potest inclinare ad falsum & insuper Ellas adfuit cum Christo, cum eo loquens. Math. 17. n. 3. in Thabor.

Suppono secundò, quod Elias, & Henoch sunt divina gratia confirmati, magna plenitudine, ac abundantia caelestium donorum, ut est communis sententia teste Suar. citato s. sequitur primo. Et late multis probat M. Lezana in consultiis, consulto 3. n. 70.

Hac ergo fide viva in Christo, cum ejus gratia divina Elias, & Henoch uniti sunt cum Christo in ipsoque regenerati, sicut alii justi, tanquam Christi membra, ejusque Ecclesiae, sicut & videntur in Baptismo flammis, & cum Elias, & Henoch, ubi juxta Divum Hieronymum epistola ad Pammach. ubi ait, Eos frui divino consortio, ac cibo caelesti, & invisibili. Sic & alii Patres; illa ergo revelatio, quam habent de Christi praesentia, ac existentia, cum divina gratia illis concessa, ac interveniente summa Dei potentia, in illis agit vices Baptismi, omnemque ejus effectum supplet effectus enim Baptismi, est cum Christo unire, in ipsoque nos regnare.

Necessariò dicendum est, quod illa fides divina de Christo Domino cum tanta gratiarum abundantia, agit in illis vices Baptismi, qui est Ecclesiae janua: nam si illi non sunt Christi membra, nec ejus Ecclesiae, computandi sunt tanquam Catechumeni: nam Catechumenorum hic est status, ut non sint adhuc intra Ecclesiam, ut notant Divus Chrysostomus homil. 61. ad populum Antiochenum. S. Justinus in Apologia 2. Divus Augustinus, libro secundo de peccatorum meritis cap. 26. In nullo enim modo dici potest de Viris tam illustrissimis, ut Elia, ac Henoch, quod sint tanquam Catechumeni separati a corpore Christi mystico, ac ejus Ecclesiae. De illis ait Spiritus Sanctus: Hi sunt duo olive, & duo candelabra lucentia ante Dominum dominantem. Apocalyp. 11. Et Ecclesia Catholica, tanquam praclarissima membra sua eos celebrat, ac honorat, dedicans, ac consecrans eis templa, & altaria. Sic & Sancta Helena magnificum templum dedicavit, ac consecravit Sancto Parenti Eliae in Jerusalem, quod postea auxit, ac reaedificavit Basilius Imperator, ut refert Baronius in suis Annotationibus ad Martyrologium Romanum, die 20. Julii. Et Cornelius a Lapide lib. 3. Regum c. 18. & in multis aliis paribus ut testatur Dorotheus a Sancto Reinato in Apocalyp. lib. 2. quest. 10. sect. 3. & Martyrologium Romanum die 20. Julii cum numerat & celebrat inter Sanctos ejus, Illustris Civitas Capua in Regno Neapolitano, ob magna miracula, quae D. Elias in ea est operatus, ipsum habet ut suum Patronum aedificato templo, cum Officio de Sancto Patrono, ut in vinea Carmeli

Math. 26.

Suar. citato s. sequitur primo.

278

D. Hieron.

281

D. Chryst.

D. Justin. D. August.

Apoc. 11.

Baron.

Cornelius

Dorotheus. Martyrolog. Romanum.

Vinea Carmeli.

retuli

retuli q. 2. n. 17. & sacra nostra Religio ejus festum solemniter celebrat, cum propria Missa, Officio, ac Octavario; ergo de viris tam Illustrissimis, de quibus praedicatur, quod sint lucerne lucentes, ac ardentes ante Deum, & quos Ecclesia tanta solemnitate celebrat, nullo modo dici potest, quod sint separati a Christi corpore, ac ejus Ecclesia; ergo dicendum est aliquid divina virtute in eis inesse, per quod effectus Baptismi in eis suppletur.

Secundò probatur, ea quae sunt miraculose ac virtute divina non requiruntur in eis regulae communes, ac generales: nam Deus, qui in eis est primus operator, potest hoc, & illo modo eas ordinare, ac in illas hoc & illo modo diffringere, ut tenet communis doctrina cum D. Thoma p. 3. q. 7. art. 5. ibi communiter Theologi, Cajetan, Suar. Cabreira, Vasquez, & Cardinalis Lugo quod multis exemplis ostenditur. Sanfon deiciens columnam, se ipsum cum multis Philisthis interfecit: & certum est quod nullus potest se ipsum interficere; sicut B. Apollonia a tortorum manibus se expediens in ignem injecit. Cerron est etiam quod nullus saecularis per se ipsum absque ministro, etiam in casu necessitatis sibi valet divinum Eucharisticum Sacramentum, ut docent Divus Thomas, Soto, Henric. Ledesma, Navar. M. Petrus Cornejius, Sylvester, de quo late Fagundes, de quinque praecip. praecip. 3. lib. 3. cap. 2. n. 12. & tamen excellentissima Domina Dona Maria Esthuaca, quae pro fide Catholica in Anglia ab impia Isabele, capite abscisso mortua est, & ante mortem, pixidem in qua erat Sacra Eucharistia, accedens ipsam propriis manibus accepit, & sibi ministravit, quod factum reputatum fuit a Doctoribus Lovaniensibus, ut refert Michaël Moreus lib. 1. cap. 24. art. 3. num. 10. tanquam quid inspiratum a divino Spiritu, ut comprobatur ex multis, tam quae in ejus martyrio, quam post mortem contigerunt, quod autem Elias, & Henoch adessent in cenaculo, tempore, quo Christus Dominus instituebat Sacram Eucharistiam, non communi, ac ordinario modo, sed extraordinario ac miraculo hoc factum est, ergo non per communes, ac generales Ecclesiae regulas iudicandum est, sed per singularem, ac particularem dispositionem divinam.

Probatur tertio, Ia sine Mundi Elias, & Henoch advenissent cum plenissima potestate, ut Sacerdotes, ac Episcopi ad administranda Sacramenta, ad imponendisque censuras, ad hunc sensum explicant communiter Doctores verba illa Apocalyp. 11. num. 1. Ignis exiit ab ore eorum. Hoc est ad fulminandas censuras, ut explicant Interlineales, D. Anselm. Cardinalis Hugo, & de potestate amplissima tanquam Sacerdotes, & Episcopi Praer Auditores citatos idem docent Rupertus, Pannonius, Ansbertus, Mello, Mag. Petrus Munhos, quos citavi ad eundem locum Apocalyp. 11. quest. 20. num. 147. & deinceps. Hac potestas Sacerdotalis, ac Episcopalis; eis conferenda est, immediate a Deo; ex eo enim, quod Deus suum ministerium ad aliquem effectum deputat ei confert, ac communicat omnia requisita ad executionem talis rei, in quo sensu Sancti Patres explicant illa verba Christi Domini. Joa. 20. n. 21. Sicut misit me Pater, & ego misit vos Sylveira Opuscula.

29.

D. Thom. Cajetan. Suar. Cabreira. Vasquez. Lugo.

D. Thom. Soto. Henric. Ledesma. Navar. Cornejius. Fagundes.

30.

Apoc. 11. Interlin. Hugo. D. Anselm.

Rupertus. Pannonius. Ansbertus. Mello. Munhos.

Joan. 20.

Ita D. Cyrillus, D. Chrysostom. D. Augustinus, Theophylactus, Rupertus, & alii a me citati tom. 5. in Evangel. lib. 9. cap. 4. num. 83. Si ergo Deus in fine mundi tam amplissimam potestatem eis concessurus, quid mirum, quod tam Illustrissimis Viris talem gratiam, & benevolentiam concederet, ut in cenaculo adessent, ac suum sacratissimum corpus consecratum cum ceteris Apostolis accipissent.



RESOLUTIO XXXIV.

Circa celebrationem cujusdam Capitali.

QUESTIO UNICA.

An ejus celebrationem poterit quidam visitator impedire?

SUMMARIUM.

- 1 Casus proponitur, & n. 2. & 3.
2 Jurisdictiones divisa, ac distincta non possunt se invicem impedire, & n. 5. & 6.
7 Ostenditur quod unus Generalis sui unam jurisdictionem dividere ab alia.
8 Legatus non potest agere contra mentem delegantis, & n. 9.
9 Epistola Principis, ac Generalis fidem faciunt, ut diplomata, & n. 11.
10 Potestas delegata est odiosa, & non est extendenda de casu ad casum, & n. 13.
11 Ex ampla potestate data Commissariis Generalibus, non intelligitur potestas ad dispensandum, nisi in literis exprimat, & n. 15.
12 Probatur quod, ex communi usu totius Religionis.
13 Probatur ultimum, quia culpa unius non debet recitari in damnum alienum & n. 18.
14 Limitata causa limitatum parit effectum.
15 Verba taxativa non sunt ultra extendenda.
16 Explicatur Breve Urbani VIII. & n. 22.

Casus.

UIDAM Generalis certae Religionis Romae existens dedit litteras patentes cuidam Religioso extraneo, ac adventu, v. g. Petro ad visitandam Provinciam eamque reformandam, cum hac clausula Generali (Ac si presentes essemus) Adhibita tamen hac limitatione (usque ad octavam Pascae inclusivè) & simul misit alteri Religioso v. g. Antonio litteras patentes ad praesidendum in Capitulo Provinciali, quod juxta Ordinis statuta celebrandum erat tertia Domini post Pascha quindecim diebus post finitam commissionem visitatoris. Scribens simul dictus Generalis Provinciae, quod scilicet ei destinabat talem visitatorem Petrum, qui talis Petrus visitator nullam vim, nullamque molestiam inferret ipsi Provinciae, cum nullo modo se esset intromittendus in his, quae pertinent ad celebrationem Capituli, quia hoc ad